« Anno Dni 1278, Editione sexta, 17 cal. Januarii Petrus Dns de Buccellione quodam concessit majori Cantusiae, presentem et accipientem vice et nomine D. Cantusiae Petrus Hacheti Priore D. Fratrum in illis Ordinis D. Cantusiae, ita ex cartulario 2^o Cantusiae fol. 98. 225. Hujus non meminisset Jacobus le Cluchois in suo catalogo nisi sit idem ac Petrus quae procerat anno 1265 et supra. » ita catal.

D. Godefridus de Bontemerula, Prior, 5.

« Procerat anno 1280, ex catalogo S. Jacobi le Cluchois. » ita catal.

D. Lambertus, Prior, 6.

« Anno 1281 ex eodem catalogo; circa idem tempus R^ous Petrus Boso, mutato nomine Prioris, voluit deinceps eos vocari Vicarios, quorum primus fuit in hac domo, qui sequitur. » ita catal.

D. Petrus Vicarius 1^{us} 7.

« fuit Vicarius anno 1283, ex catalogo. » ita catal.

D. Guillelmus Salvator de Seseriaco, Vicarius - 8.

« Procebat anno 1284, ex catal. » ita catal.

D. Petrus de Sellono, Vicarius - 9.

« Olim Prior Montis Rivi et antea Domus Vernae, monialibus procebat anno 1286. De eo iterum, infra. » ita catal.

D. Guiffredus, Vicarius, 10.

« Successit anno 1287, ex catalogo, sub quo per ch. an. 1291 statuitur « quod moniales (noti ordinis) teneantur reddere breves ordinis atque missas, et nos similiter faciemus pro eis, vel pro qualibet missa pro alterius, unam. » Ante hunc consensum videlicet 1291 juxta Statuta Rifferii tertie partis cap. 34, moniales notie tantummodo participium habebant orationum, et singulis earum domibus annuatim concedebatur brevis. Quamobrem Guillelmus Rainaldi precepit, Capituli gen. ordinationem inseruit in Statutis cap. 11 tertie partis « Item conceditur monialibus quod possint celebrare festa B. Agnetis et Catharine et undecim millium Virginum cum 12 lectionibus sine capitulo et cum officio ordinis, et festum B^{te} Margarete similiter cum 12 lectionibus. Item statuimus quod conversae monialium quae de cetero recipiuntur non portant velum nigrum. (Ex his non absurde colligitur conversas ante hanc ordinationem habuisse velum nigrum). Et si qua monialis de cetero consista fuerit de inter ceteras praesens vel eam careat nigro in perpetuum, sine spe aliqua rehabendi. (Idem habetur cap. 4. tertie partis Statut.) Item statuimus quod moniales habeant in se capitulis suis villas more monachorum: conversae vero non. (Idem habetur in Statutis Rainaldi tertie partis cap. 4.) - Per ch. 1292 statutum quod moniales teneantur reddere breves ordinis atque missas, scilicet pro missa pro alterius, unam, et nos faciemus pro ipsis secundum Ordinis Statuta sicut pro aliis personis notie Ordinis, appropinquatur. Tunc licentiaro solvant 50 pro annos sicut monachi non sacerdotes, »

Anno 1293 per ch. statuitur ut capellani in orationibus, teneant silentium, ad mensam sicut et monachi. » ita catal.

D. Petrus de Bellono, vicarius. 11. -

« Item, moniales reges ab anno 1296, sub quo heret, 1297 ordinatus est quod in domo monialium Prioris a sola promittat obedientiam Vicario, et moniales promittant obedientiam tantummodo Priori. Monachi vero qui sunt in domo monialium, Capellani, conversi et redditarii faciant obedientiam vicario tantum, et de cetero monachi et Capellani dicant nulli officium in aliqua capella vel in aliquo loco secreto ab ledere monialium, »

Per h. 1298 multa etiam de monialibus ordinata sunt, nempe: « Monemus moniales ne amodo prosequantur aliquo seculari vel regulari, vel etiam cum parente nisi in clericali, et tunc associata cum uno vel duobus. Item monemus eas efficaciter ne portent, nec permittant intrare homines nisi de licentia Prioris et vicarii, et sint bene associati. Item familiaritates, et frequentes pedissequarum, et mulierum secularium fugiant et devitent. Item moniales visitentur omni anno. Item vicarii monialium, dimittant aliquem in absentia sua qui audiat confessiones. Confiteantur vero de quingena in quingena ann. » Ruffinus vero cap. 3 h. stat. hanc tenet: prohibet moniales confitari hereticis aut in iniquis nisi ipsi heretici aut heretici ostenderit privilegium dote sibi potestatis a Dno Papa in Ordine nostro, expresso nomine Cantuariensis Ordinis. -

Per h. 1300: « Ordinamus quod vicarii ^{non} dent aliquas licentias vel nullas monialibus. Item quod moniales non dent aliquid monachis nec capellanis nec aliquibus personis sine licentia Prioris, nec monachi neque capellani sine licentia vicarii de monialibus. Item ordinamus quod moniales non recipiant ab aliis quousque deveniant ad numerum cui possint sufficere possessiones et redditus domus sine quaerente, et post contigissent aliquorum precibus arguta recipi, gratis recipiantur et sine aliquo pacto vel pacto interlocuto; et hoc precipimus Prioribus et vicariis observari. » Deinde ^{not} Ruffinus in suis statutis hanc tenet. cap. 3 h. ubi declarat, ex parte capitalis visitatores monialium, habere auctoritatem, et juberi, considerata domorum ^{paucitate} talens eis in recipiendis personis numerum profigere, quem absque gravamine sustinere valeant, et quem nulla occasione transcendant. » Et in tertia parte statuti ~~reversum~~ an. 1368 ditorum, cap. 4. Guillelmus Raynold: Prohibet vicariis Prioribus et conventibus monialium, ne de cetero recipiant in sorores nisi quot de bonis monasterii poterunt sine penuria sustentari; nec aliquam sub aliquo commodi vel aminal, donec locus vacaverit recipiant vel recipere

permittant; nec propter munera vel etiam promissa a aliquam procerum aut recipere, ne
 vitium committant simoniae: numerum quoque constitutionum, in quo etiam novitiae et
 conversae computantur, aliquatenus non excedant. Hoc et alia hujusmodi identidem (ut
 sub uniuscujusque vicarii regimine videlicet) strenue ac sequenter nostri sancire, ut
 grassante inter nostras moniales malo, a quo sese monachorum domus illicitas hactenus
 servarent, remedium, quantum in se esset appropinquant: afflati procul Dubio eodem spiritu
 quae hanc mentem priores Silesiae patribus injecit, dum nos sive privatim per manuscripta,
 sive publice in conciliis docuerunt. Pecunias dari pro introitu ad monasticam vitam,
 prohibitionem primum legimus in Concilio generali Niceno celebrato anno Christi
 787, ubi actione octava inter canones promulgatos sancta Synodus jubens ut sine
 dationibus sponsiones sine admittiones sacerdotum virorum, monachorum quoque ac mona-
 -charum fiant, sic canone 19 legitur: In tantum inolevit avaritiae facinus in rectores
 ecclesiarum, ut etiam pueros eorum, qui dicuntur Religiosi viri atque mulieres. obli-
 -scantur, Domini, decipiantur, et per auribus introitus (receptiones) accedunt, ^{tan-}
 -dem ad sacratum ordinem, quam ad id monasticam vitam efficiant. Unde/it, ut quorum mitt-
 -um, improbable est, omnia sint projicienda, ut magis ait Basilius. Neque enim deo
 per neanagnona servire licet, si quis ergo inventus fuerit hoc faciens, si quis episco-
 -pus vel Abbas extiterit, vel quilibet de sacro collegio, aut desinat aut deponatur juxta
 secundam regulam sancti Calchedonensis Concilii. Abbatis a vero officio demoverit
 et tradatur in alio monasterio ad subjectionem. Similiter et Abbas qui non habuerit manus
 impositionem presbyteri. Porro quae filii a parentibus dantur more dotis, vel si qua ex
 propriis rebus acquisita offeruntur, proficitur illis qui ea offerunt Deo dicant, et defini-
 -mus, sive perseveraverint, sive exierint, manere illa in monasterio secundum repositio-
 -nem ipsorum, nisi fuerit culpa proelata. »

Iti Concilium Calchedonense, cujus secundam regulam sive secundum canonem, supra
 citatum vidimus a Synodo Nicena, operam mentem non faciat de receptione
 monastica: Justo tamen mentem compuisse ex illius verbis deprehendere possumus: et si
 quis, inquit Synodus (Concil. univ. Calcedon. celebratum. 451, actum. 15, can. 2) quis copios propter
 pecunias ordinationem fecerit, et non venalem gratiam in venditionem deduxerit, et propter
 pecunias ordinaverit episcopum, vel chorepiscopum, vel presbyterum, vel diaconum, et aliquem

eorum qui in clero annumerantur, vel propter pecunias promovit de canonicis, vel de defenso-
 renz, vel presbiteriarum (mensurarum), vel omnino aliquem ex canone, turpis quaestus gratia,
 qui hoc tentasse convictus fuerit, de proprio gradu in periculum veniat: et qui est ordinatus,
 ex ordinatione vel promotione quae instat mercatorum, vendatur, nihil juris et iuris: sed sit
 a dignitate vel curacione alienus quam pecuniis adeptus est. Si quis autem sequatur et
 intercessor adeo turpibus et nefariis lucris apparuit, hic quoque si sit quidem clericus
 proprio gradu exeat: si sit autem laicus vel monachus, anathematis etur. » Summe
 canonem Carolus magnus in capitulis inserens, clericis et monachis inscripsit. Et in
 capitulis ad monachos proprie spectantibus cap. 15 nominatim praecipitur « ut nullus
 Abbas pro susceptione monachi praemium querat », quod et Julius Declaratum fuit in concilio
 francfordensi, ubi et ipse Imperator adfuit anno 794, ubi enim canone 16, his verbis
 hujusmodi abusus condemnatur: « Audimus quod quidam Abbates cupiditate ducti pro-
 mnia pro introitibus in monasterium requirant. Ideo placuit nobis et sanctae Synodo
 ut pro suscipiendis in sancto ordine presbiteris nequaquam pecunia requiratur, sed solum
 dum regulam sancti Benedicti suscipiantur. » Verum cum, iuste timeretur, ne inde nimia
 paupertate monasteria premerentur; prohiberunt Patres personas in eis recipi ultra
 quam possent sustentari ex eorum facultatibus. Id praeterea quibusdam aliis synodis
 tempore et usum quodam praesentis Imperatoris celebratis, maxime ex Moguntino anno
 813, ubi cap. 19 sancitur « ut plures non mittantur in monasteria canonicorum,
 vel monachorum, aut etiam puellarum, quam sufferri possit. » Eodem quoque constitutio
 edita est in synodo buronensi eodem anno exacta, his verbis quae habentur canone trigesimo
 primo: « Ut in monasteriis canonicorum, monachorum seu puellarum, major hominum
 numerus non admittatur quam facultas monasterii possit sufferre. » Quod etiam strictius
 prohibetur, et accuratius observatum legimus in actis concilii Fimii sive Pini ubi apud
 sanctam Mauram in diocesi Rheinensi congregati, man et quaestiones constituti fuerunt qui
 « mitti per visitatos et singula monasteria tam canonicorum quam monachorum sine
 sanatione aliam, ... vitam illi degentium et conversionem inquirent, et ubi necesse
 est corrigant. . . . numerum etiam canonicorum et monachorum sine sanatione
 melius, uniuscujusque loci describant, et Regi referant; secundum qualitatem loci, cum
 consilio episcoporum et fidelium morum, ubi minor numerus fuerit, regia auctoritate

addatur: ubi vero indiscretionem prelatum, superuenit, ad reuocandam, redigatur. »

Concilium Melfitanum, anno 1089 congregatum, expresse habet (con. Libbi 9.10) art. 6 « ut nullus Abbas preterea exigere ab eis qui ad conversionem uenierat aliqua placita occasione presumat. » — Lateranense tertium, et generale can. 10 prohibitioni preces addit « Decernens quod monachi non precio recipiantur in monasterium, . . . si quis autem exactus, pro receptione aliquid dederit, ad sacros ordines non ascendat: Si autem, qui accepit, officii sui privatione mulctetur. » Hoc concilium celebratum fuit anno 1179 sub Pontificatu Alexandri tertii qui anno 1163 Leonis in Gallia concilium celebrans, inter Apostolica constituta illud quoque promulgauit can. 6 « Prohibemus ne ab omnibus qui ad religionem transire uoluerint, aliqua pecunia requiratur. . . . Unde quisquis de cetero hoc attemptare presumpserit, tam qui dederit quam qui receperit, partem se eius, sine ulla non dubitet habiturum. (Eodem concilio Lateran. 3^o, eisdem uerbis sancit concilium Londoniense in Anglia celebratum anno 1200, can. 14.)

Cumque audisset quendam Abbatem contra tam sancta decreta pecunias accepisse a quodam monacho: iussit Abbatem, et majores monasterii ab officio suspendi, pecuniam reddi, et receptum monachum in aliud transferri monasterium, sicut legitur libro 5 Decretalium tit. 3 De Simonia cap. 19, his uerbis: « Veniens ad nos frater presbyter proposuit quod Abbas et fratres R. . . noluerunt eum in monachum recipere quousque triginta solidos dare uenerint: conuentione autem facta, sequenti die, eum monasterium habitum induerunt. Et idem monachi triginta solidos, Abbas vero decem, et familia duodecim pro pactis (asserentes hoc esse de consuetudine monasterii) postularunt. Quoniam ergo factum huiusmodi perniciosum esse uidetur, mandamus quatenus si ita esse inuenieris, Abbatem et monachos ad restituendam pecuniam precepto frater tam indigne acceptam compellas, et Abbatem et majores personas monasterii pro tantae prauitatis excessu ab officii executione suspendens, precipias dicto fratri ut in alio monasterio in habitu monastico, Xomino studeat deservire. » Eodem sancit Clemens tertius (qui sedit anno 1188), ut uidere est eodem libro Decretalium cap. 25, ubi precipit monachos siue regulares per simoniam receptos, ad erectiora monasteria transferri. Verum ne quis dicat huiusmodi sanctiones monachos quidem sed non moniales spectare: audiamus quid super hoc pronunciarit Concilium generale Lateranense quartum, anno 1215 actum, can. 64. con. 11 Libbi: « Quoniam, inquit, simonica calces adeo pluresque moniales iniecit, ut uix aliquas sine pretio recipiant in orones, pauperibusque

pretextu videntur hujusmodi vitium palliare: ne id de cetero fiat penitus prohibemus, statuentes ut quocumque de cetero talem praevitatem commiserit, tam recipiens quam recepta, sive sit subdita sive proclata, sine spe restitutionis de suo monasterio expellatur, in locum arctioris regulae ad agendum, perpetuam praesentiam, retrudenda. De his autem, quae ante hoc synodale statutum, taliter sunt receptae, ita duximus providendum, ut remota de monasterio, quae perperam sunt ingressae, in aliis locis ejusdem Ordinis collocentur: Quod si propter nimiam multitudinem alibi forte nequiverint commode collocari: ne forte damnabiliter in seculo evagentur, recipiantur in eodem monasterio de novo, mutatis prioribus locis, et inferioribus assignatis. Hoc etiam, circa monachos et alios regulares decernimus observandum. Verum, ne per simplicitatem vel ignorantiam, se valeant excusare, praecipimus, ut diocesani quid capitulis singulis annis hoc faciant per suas Dioceses publicari. » Concilium oxoniense coactum, anno 1222 prohibet quidem pecuniam exigi pro receptione in domum religionis, sed pro vestitura duntaxat aliquid permittit recipi cum magna tamen cautione ut ex illius verbis constat (can. 39): « Statuimus, praesenti concilio approbante, ut de cetero pro receptione alicujus in domum religionis pecuniam aut quidquam aliud extorquere non praesumant: adeo ut si pro paupertate domus, ingrediens debeat vestire seipsum, pretextu vestium, ultra justum precium, eorum, ab eo nihil penitus recipiatur. » Haec ibi.

At moxter Rifferius qui sua statuta triginta circiter annis post istud particulare concilium confecit, vetat etiam pecunias pro vestibus a novitiis exigi, sic enim loquitur cap. 23 secunda partis statut. antiquorum: « A novitio nec vestis nec aliud exigatur: si prior exegerit sit extra sedem manens in ecclesia quadraginta diebus, et totidem sine misericordia faciat infra sex menses abstinentias; si procurator vel alius exegerit, sit novitius per quadraginta dies; et totidem in capitulo recipiat disciplinam; Prior autem, qui Prior, et procuratorum procurator amittat; si eis scientibus exactio jam venit ad effectum. » Haec ille. Verum, Guillelmus Reinaldi cap. 6, secunda partis statut. novorum permittit, novitios, si habeant unde providere in novitiatu de vestibus sibi ipsis: quam tamen licentiam residuo videtur Franciscus a Pubeo cum ista ferta compilatione stat. cap. 8 dist. ita vetat et nihil a novitiis seu ardentibus ingredi ordinem nostrum penitus a quoquam exigi aut peti. » Quod etiam nunquam nos inter monachos religiose observari videmus. Sed de his modo haec sufficiant, cum postea multa etiam occurrant dicenda ex chartis Cap. 9 em.

Porro circa annum 1300 absolitus Petrus de Bellens Vicarius, reversusque ad domum
suae professionis ibidem a curia^{an?} agebat anno 1308.

Anno 1300 Capitulum gen.^a declaravit et vult quod Capellani et Clerici Redditi cum
monachis et monialibus conversantes teneant ordinem, in jejuniis sicut moniales et mona-
chi supradicti. » » Ita catal.

D. ... Bonchois, Vicarius. 13^o

« Procebat anno 1301, quo Capitulum gen.^a ordinavit et prescripsit quod nulla monialis cum
aliquo homine cujuscumque conditionis loquatur nisi cum Vicario aut substituto ab eo
ad audiendas confessiones, et visitationibus: cum fratre et fratre, cum alio non loquatur nisi
praesente superiorissa. Et hoc non fiat ante Iuniam, et post Completorium, nec tempore
Dormitionis; nec litteras mittant nec recipiant sine licentia. Item non audiantur
predicationes vel sermones quorumcumque extraneorum in domibus nostrae Ordinis Mo-
nialium nisi de licentia vicarii vel priorissae in absentia vicarii; nec recipiantur ad
mensam, aliqui religioni extranei nisi cum Vicario vel aliquo de Capellanis, nec aliquomodo
loquantur cum eis moniales nisi quomodo superius scriptum est. » » Ita catal.

D. Falco de la Rivoire, Vicarius. 13^o

« Regerat moniales Batimollis anno 1303, nec ultra biennium profuit. Profuit
erat domus Scalae Dei in Catalonia, et anno 1310 moderabatur in domo S^{ti} Pauli
de Maritima. Unde per ch. 1326 remittitur ad domum Scalae Dei. » » Ita catal.

D. Galterius, Vicarius 14^o

« Reperitur in catalogo ad annum 1305. Et annis circiter duobus profuit. Anno
1306 per ch. « Ordinatur quod quando cumque ex nunc invenitur d. ... in aliqua
domo monialium nostrae Ordinis contigisse, ex tunc priventur vicario habito et habendo, mo-
nialis habitis et habendis, et redeant ad antiquum statum, in quo contentae erant scilicet
visitacionibus et redditis Capellanis » » Ita catal.

D. Gondus de Oriola, Vicarius, 15^{us}

« Regni us, tenebat anno 1306, sub quo per ch. anni 1307 ordinatur et inijungitur quod moniales que volunt facere officium, ecclesie, videlicet lectiones legere, cantorias, facere, responsoria legere et cetera officia, possint poni in loco novitiorum, » ita est.

D. Vincentius, Vicarius, 16^{us}

« Sequitur in catalogo post Gondum ad annum 1308, cui successit, » ita est.

D. Aymo, Vicarius, 17^{us}

« Anno 1309, nec ultra annum profuit. Fort quoniam dicit, » in un aut ajouté en marge, forsan idem cum Aymone de Mantata qui Domini Catechi preerat anno 1306, mais on a passé un trait d'aplomb sur cette addition.

D. Guillelmus de Cremieu, Vicarius 18^{us}

« Ad annum 1310, quo per ch. « precipitur quatenus capellani et Clerici cum monachis vel monialibus conversantes teneant ordinem, in jejuniis sicut moniales et monachi predicti; beneficia temporalia habeant sicut conversi; spiritualia vero sicut monachi, et ad eadem reddenda pro aliis teneantur sicut et ipsi. »

Per ch. 1313 « Inhibetur ne aliquis roget de cetero pro velo restituendo alicui moniali quod illud auferit per qui vero contra fecerit, si sit Prior, sit extra sedem suam, per annum; si sit subditus, sit novitius per annum, et proterea inhibetur districte ne de cetero aliquis cujuscumque conditionis sit, ingrediatur Domum, Monialium, ab ortho clastro eorum, et infra, nisi cum socio honesto; et si causa confessionis vel alterius sacramenti ministrandi ingrediatur aliquis, ita intret et stet quod plures videre possint tanquam confessorem, quam confitentem; qui contra fecerit teneat ordinem, donec per Priorem Catechusice absolvatur. » — Anno 1315 per ch. « ordinatur quod moniales totius Ordinis nostri que fuerunt in officiis, dictis cessantibus officiis vultu velato incedant. » Hanc ordinationem Francisus a Tuteo suis inseruit Statutis cap. 12, § 17, tertice compilationis Statut.; nam ibidem § 16, inhibetur ne moniales coram secularibus appareant nisi velato, solis Priorissa et Cellararia exceptis. — Item per eandem chartam 1315: «

« Moniales quae post duodecim annos recipiuntur in ordine, si steterint ibi per annos pro professis habentur, sicut habetur in iure. » (Decret. part. sec. can. 20. q. 1. 12). Item habet notae Iteanus cap. 12 § 7 non proficiantur moniales ante finitum duodecim annos, quo finito, si per annos continuos probatae fuerint, pro professis habeantur iuxta dispositionem juris communis. » Item per eandem ch. 1315: « et volumus quod aliqua monialis de coetero veletur vel nigro, proutque iudicio Priorissae et conventus competenter sicut officium suum. » Anno 1320 per ch. « Declaramus quod Moniales jaceant cum veclis, et quilibet sola, Item, quod licentiae dandae monialibus pertineant Priorissae infra claustrum, et non extra. Item, quod in numero monialium, olim per ordinem taxatarum, conversae earum computantur. » sit. 109.

D. Joannes de Montaigne, Vicarius, 19^{us}

« Moniales moderatus est annis 1323 et 1324. » Ita. cat. d.

D. Guillelmus de Musc, Vicarius, 20^{us}

« Joanni subrogatur anno 1325, et vix transacto anno recessit, vel obiit. » Ita. cat. d.

D. Joannes Paris, Vicarius, 21^{us}

« Videtur fuisse Prior Cisterciensis. Designatur (Vic.) anno 1326 et per decennium praesens, sub cujus regimine per ch. 1332 « Praecipitur omnibus Priorissae et de coetero non recipiant aliquam nec recipere promittant donec locus vacaverit, quia per tales receptiones et promissiones, deveniunt domus ipsarum ad depressionem et paupertatem, nec presumant de coetero aliquam, quamvis que recipere propter munera vel promissiones, ne vitium simoniae committere videantur. Et praecipitur omnibus ne de coetero exeant clausuras quia hoc prohibet Decretalis: Et si ad praesens locus earum, sit nimis strictus, dilatabitur per visitatores secundum quod eis visum fuerit expedire ad recreationem, et clauditur ne a secularibus videantur. » Hoc illi, nihilominus constat ex tertia compilatione Statut. cap. 12, § 12, moniales exisse ad spatia extra clausuram monasteriorum. Per eandem chartam, 1332 « Prohibetur ne de coetero moniales vocent de Dominas ad invicem, sed sorores. » Item habetur cap. 6 tertiae partis nov. statutorum § 23. « Priorissae vero matres vel Dominae non Dominae a personis Ordinis debent vocari ex cap. 12 tertiae compilationis § 27,

Formal No. 3

75

Per eandem ch. 1332: « Prohibemus ne de cetero aliqua persona Ordinis domos monialium frequentet nisi cogente necessitate et evidenti utilitate, et peracto suo negotio sine longa mora recedat: et prohibetur Priorissis ne dent monialibus suis loquendi licentiam, cum aliqua persona nisi in presentia sodalis honestae. » Vide cap. 4 tertio partis nov. Statutorum, § 17 et cap. 12 tertio consuep. § 14. Et in parte secunda Decretor. causa 18 q. 2 in decima, non licet etiam cum sola quæ preest, frequentar monachos loqui, sed sub testimonio duarum vel trium sororum: ita ut vera sit accessio, et brevis omnino locutio.

Anno 1335 per ch. 12 Priorissa Domus Gosmay puniatur quia contra jura et statuta nostra cum pluribus monialibus exiit ad granigiam, et prohibetur ne amplius exire presumant: et per Visitatores possint earum clausura dilatari, sicut alias concessum fuit (videlicet per ch. anni 1332) et terminis assignari extra quos monachi et conversæ nullatenus emittantur. Et hoc volumus in aliis domibus monialium observari quod monachi extra terminos, et conversæ extra septa donorum non mittantur: nec Priorissa exeat clausura domus sue causâ quæstionandi, nec aliqua monialis propter proceptum Decretalis. » ita cetera.

D. Vincentius de Benocce, Vicarius, 22^{mo}

« Vicariatum tenuit anno 1337 et anno 1340 describit.

Anno 1337 per ch. « Declaratur quod vicarii monialium habent eandem potestatem in foro penitentiali quoad moniales, monachos et alias personas ordinis cum monialibus habitantes, quam habent Priores erga suos subditos. Utrum vero moniales nostri ordinis possint gaudere privilegiis Ordini indultis, et utrum privilegia antiqua se extendant ad domos novas ordinis etc. Prior Castellæ consulit peritos in Romana curia, et quod de consilio super his habuerit respondebit. » Licet inter privilegia ordinis Bulla Clementis sexti quæ privilegia extendit ad omnes domos ordinis etiam novas. Avinione calend. Decembris anno primo Pontificatus illius. Item per eandem ch. 1337: « Cum secundum statuta ordinis monachi non sacerdotes et moniales loco missæ tricenarii quinquaginta psalmos dicere teneantur, similiter declaramus quod in domibus monialium et monachorum in quibus non sunt tot sacerdotes quot missas debitas, etiam si ultra illas quæ debentur habent ad eas differrentur, reddere non sufficiunt, pro qualibet missa debita quæ solvi non potuerit psalmi quinquaginta dicantur juxta ordinationem et dispositionem Vicarii vel Prioris: non tamen propter hoc moniales omittant reddere pro brevi unum psalterium, sicut in novis Statutis continetur. »

Hec, per eandem, ch. 1337 « Priorissae monialium, non obligent se et domos suas sigillando litteras vel alia, ignorante Vicario et inconsulto. Et ut uniformitas in eorum domibus conservetur, prohibemus ne aliqua Priorissa in presentia sui Vicarii dicere benedicite audeat vel pronuntiet: nec unquam legat duodecimam lectionem: nec de Divino officio ordinando, nec de correctione hominum, quorumcumque se aliquatenus intromittat: nec aliquem monachum mittat extra terminos Domus suae, nec sine consensu majoris & alterius partis conventus sui moniales, vel personam etiam, quatenuscumque recipiat, quod si contrarium fecerit, deponatur per Priorem, Cartusiae vel per Capitulum, gen. Moniales vero Priorissae consentientes et adherentes errori generaliter sustineant Ordinis disciplinam, quousque ab ea per Priorem, Cartusiae vel per Capitulum, relaxentur. Vicarius autem de disciplina monialium se non intromittat, nisi a Priorissa fuerit requisitus. Reprehendere tamen possit et accusare cum videtur expedire: et tamen in Priorissam quam in moniales et caeteras personas Ordinis cum eis commorantes interdicti et si necesse fuerit excommunicationis et suspensionis sententias proferre valeat: et in omnibus Prioris officium gerere, administratione temporalium excepta, et ut praemittitur monialium disciplina. Caveat etiam Priorissa ne sine licentia Vicarii, vel eius vices agentis aliquem de ordine mendicantium in monasterium introducat, »

Per ch. 1339: « Moniales nolentes observare ordinationes visitatorum, Districtissime puniantur a Vicariis et Priorissis et etiam a visitatoribus, quibus hoc Districte injungitur, cum eas super hoc non invenerint emendatas, »

« Domini vero Pratum illis sive Priorissae et conventui Balmae, ut loquitur charta ejusdem anni, concedimus ut solemniter celebrent festum B. Catharinae, »

Anno sequenti S. Vincentius vicarius obiit cum Priorissa cujus nomen non habetur, et utriusque obitus denunciatur in ch. ejusdem anni scilicet 1340, » ita est,

D. Jacobus André, Vicarius, 25^{us}

« Sequitur in catalogo post Vincentium, et signatur profuisse anno 1346, » ita est.

D. Michael de Pesieu, Vicarius, 26^{us}

« Praesidetur anno 1345 in catalogo, et anno sequenti visitatoribus monialium injungitur per ch. ut examinent diligenter quot moniales possint sustentari in qualibet domo monialium de bonis earum, et referant ad sequens Capitulum, et interim nulla vestiatur de novo, » ita est.

D. Joannes de Guiffray, Vicarius, 25^{us}

« Invenit anno 1349, ex catalogo, quo anno in charta Capitulari ponitur obitus Vicarii Fratimollis sine nomine, » ita catal.

D. Petrus de Salanchia, Vicarius, 26^{us}

« Eodem anno 1349 erat vicarius, unde colligitur immediate successisse Johanni de Guiffray, » ita catal.

D. Jacobus Bollard, Vicarius, 27^{us}

« Notatur ad annum 1353, in catalogo et videtur eodem anno vel sequenti Vicariatus cessasse, » ita catal.

D. Jacobus Bollard, Vicarius, 28^{us}

« Fortan idem superiori cujus nomen corrupte scriptum fuisse videtur, ab eo tamen in catalogo distinguitur, et dicitur sedisse anno 1354, » ita catal.

D. Guillelmus Lanfredi, Vicarius, 29^{us}

« Vicarium agebat anno 1356, ex catalogo, » ita catal. Vicarius de Bortand 1368-1357 et Demouveau 23 sept. 1356. —

D. Guillelmus Desiderii, Vicarius, 30^{us}

« Alter Guillelmo successit, nam reperitur moniales moderatus fuisse anno 1357. Anno 1360 » Injungitur Vicarius, Prioris et Cellerariis monialium, presentibus et futuris ut non dent panem laborantibus et mercenariis pro salario eorum; et qui contra fecerint, pro singulis vicibus una die careant vino quando essent habiturae. » ita catal.

D. Johannes de Memieze, Vicarius, 31^{us}

« Moniales dirigebat anno 1362, » ita catal.

D. Johannes Basset, Vicarius, 32^{us}

« Anno 1366, moniales moderabat, » ita catal.

D. Petrus Mutonis, Vicarius, 33^{us}

« In eadem charta anni 1368 ponitur inter mortuos, de eo nulla fit mentio in

« Vicario Tratinollis p[re]m[ia] et p[ro]ficiamus in vicariis S. Stephani, Roffini monachis,
Bonifastus, ex ch. 1392, uno tantum anno profuit et deponitur translatus ad regim[en] domus
Portus B[ea]tae Marice per ch. can[on]ic[um] 1393. » ita cat[al]og[us].

D. Bernardus De Molieres, Vicarius 40^{us}

« In cat[al]ogo ponitur ad annum 1391 ante Stephanum, sed charta capitulari potius p[re]s[er]vata
habenda est que illius institutio[n]em in ch. anni 1393, sic recenset: Vicario Tratinollis
(S. Stephani) p[re]m[ia] et ibi d[omi]ni p[ro]ficiamus S. Bernardus De Molieris monachum professorem
Vallis bonae. » Postea absolutus circa annum 1408, in solitudine decessit denunciatus in ch.
1413.

Anno 1395 contra abusus electionum Priorissarum Capitulungen. sic sancte exca[n]dit: « Cum
secundum Apostolum nemo debet sibi honorem assumere, nisi qui vocatur a Domino tanquam
Aaron, nunc a contrario quod dolentes referimus quaedam pestifera consuetudo in domibus monia-
-lium Ordinis nostri invaluit, quod quando contingit aliquam Priorissam obire vel absolvi: ipsa
-rum monialium parentes, noti, amici et affines tam per se quam per alios auxilio etiam
nobilium, implorato et potentium, per preces, missas et litteras et alio modo exquisitis sine inige-
-nitia[m] p[re]stantur quas volunt et ad quas magis afficiuntur in Priorissas contra Deum et omnia
justitiam, facere promoveri: conventus etiam ipsarum monialium verbis, donis et promissionibus
subornando, et ad manus partem attrahendo; unde etiam Domus Cartusie a talibus multas pa-
-titur molestias et expensas. Quapropter super p[re]missis volentes de remedio providere, statu-
-to perpetuo et inextinguibili iurimus ordinam[us], ut tales moniales pro quibus a personis
quae non erunt de Ordine nostro fuerit Domus Cartusie vel monialibus ad quos electio pertinet
supplicatum vel rogatum, non possint pro illa vice eligi vel eligere: sed sicut pro tunc p[ri]vatae
voce sua, nisi forte appareret vel constaret aut verisimiliter crederetur, quod supplicantes
imprudens aut inabilis, hoc facerent pro impediendis electionibus earum, quae alias essent
tanquam sufficientiores et digniores seu meliores eligendae. Et ut hoc statutum melius observetur,
scribatur in martyrologio domus ipsarum monialium et legatur per Priorissas, qui pro confirmanda
electione vocabuntur omnibus praesentibus, antequam ad electionem procedatur: ad cuius
confirmationem omnino non procedant, si secus in p[re]missis reperiunt esse factum. » Haec
charta. De electionibus monialium lege cap. indeminutabilis est. De elect.

Anno 1396 per ch. « Inhibemus firmiter et distincte quod de tribus annis nulla monialis vel

conversa recipiatur in ordine absque licentia specialissima Capituli gen., alioquin sit receptio nulla, et expellantur, et recipientes graviter puniantur. » Eadem ordinatio renovatur anno 1400 et ad quinque annos extenditur, et sub poena quoad recipientes generalis Divinis Disziplinæ incurrenda absque misericordia. Et eadem repetuntur in ch. anni 1401 et injungitur « ut si qua recepta sit in Domo Bertandi, fiat juxta tenorem dictae prohibitionis. » Idem quadriennio post disponitur circa domum Celleæ Robandi. Et generaliter pro cunctis monialibus sic Patres edicere, in ch. 1404: « Cum per R^om^o Patrem, nostram, Domum, Certus id fuerint aliqua ordinata pro bono statu monialium ordinis nostri, idcirco omnia illa et singula volumus observari, quae ipse R^om^o Pater mittet et intimabit Vicariis et Prioribus per suas litteras et etiam visitatoribus, volentes quod Priores Deputati vel Deputandi super hoc ter vel quater in anno ad eam personam aliter dictas domos monialium, ad videndum et ordinandum, de observatione efficaciarum: qui puniant graviter contrarium facientes: mandantes et praecipientes omnibus personis dictarum domorum ordinis sub poena privationis officiorum, inhabilitationis et carceris, quod eis in omnibus et per omnia obediant et faciant ut tenentur. »

Anno 1407 nova fit ordinatio quae praecipitur « ut, quilibet vicarius aut monachus in domo monialium comedens cum secularibus infra septem domorum, dicat pro qualibet vice unum pro alterum, ultra poenam statutorum. »

Hec minori studio Patres Itali et Germani in suis Comitibus monialium gubernationem gererant ut ex ch. Cap. gen. in Domo Neitzensi anno 1393 celebrati apparet:

« Monemus omnes et singulas personas ordinis, ac etiam eis districte injungimus quatenus pro salute animarum, et conservanda ordinis honestate nullus audeat, exceptis visitatoribus vel Vicariis eorum, pro ut statuta concedunt, intrare clausuram monialium nostrarum, sine aliarum, vel etiam Inclusarum aut Beguinarum, sed ipsarum confabulationem, familiaritatem, et procuracionem, studeant diligenter evitare. » Vide ext. De statu regula. c. periculoso lib. 6, et extrav. De vita et honest. Clerici. c. monasteria. » Ita cetera.

D. Guillelmus Rignon, vicarius, 1411

« Cujus cognomen, variis modis scribitur. Profertus erat Bonae fidei, olim Prior Vercoe, Vicarius Bertandi, Prior domorum Valenis, Turbonis et Bonae fidei, unde videtur circa annum 1408, ad Pratinollensium vicariatum translatus, a quo absolutus per ch. 1411, Prioratum obtinuit de determinari, deinde Bonifassus et Caleni, sicque per quinquaginta fere annos variis in officiis

pus exerauit: tandemque propter senium repetita solitudine obiit ex ch. 1446. » ita catal.

D. Joannes Broquardi, Vicarius, 42^{us}

« Professor Tortanen, Vicarius instituitur per ch. 1411, et pro eius consolatione S. Johannes Galli professor Silloniis mittitur ad eandem domum, fratimollis ad sollevandum et juvandum in temporalibus, cui conceditur licentia equitandi propter ejus debilitatem, et dictas domus necessitates, » Vicarius hujus domus per ch. 1413 fit missus ad nos, magnam instantiam, » ita catal.

D. Berthetus Guilleti, Vicarius, 43^{us}.

« Per ch. 1413 Broquardo successit. Reperitur in catalogo ad annum 1415. Postea absolutus in solitudine discessit ^{cessit?} signatus in ch. anni 1421, in qua dicitur professor domus Silligni.

Anno 1415 per ch. 22 Quia percepimus quod quodam Moniales Ordinis nostri nos vivunt sine propriis contra observantiam regularem, districte injungimus Visitatoribus earum, quatenus eas cogant, ut communiter vivant, et nihil habeant nisi quod eis de communi ab officialibus ministratur; quod si obedire nolent, quod absit, vino careant, donec obediunt sint paratæ. » ita catal.

D. Antonius Richaille, Vicarius, 44^{us}

« Procerat juxta Catalogum, anno 1420, quod ordinatur quod nulla persona Ordinis nostri ingrediatur aliquam clausuram monialium, vel cum eis auderet in spatium exire propter vicarium earum [?] associatum temporibus necessariis: aut ipsas moniales exeat ad eodem: nec quævis joculæ recipient aut donent, alioquin Vicarii earum hanc ordinationem transgredientes capitulorum, denunciare teneantur. » hic Antonius personam idem est de quo paulo inferius. » ita catal.

ad 1422. — D. Michael Durentonis, Vicarius, 45^{us}

« In ch. 1422 « Vicario Fratimollis ad nos, magnam instantiam fit missus » et in dispositione Dⁿⁱ Caturci, proficitur in Priorem S. Michaelis Durentonis absolutum a Vicariatu Fratimollis. Prosperat prius domus Tortas B. M^æ, cui et iterum postea profectus est. Domos quoque pariter gubernavit Glendore et ^{Sto} Ancis in Saredio. Denique propter omnium depositas

solitarius obijt anno 1471 die exaltationis ^{1^{to}} iunij, postquam ultra sexaginta annos cum
omni laude in ordine et variis in officiis se gesserat. — Ita col.

1482 ad

D. Antonius, vicarius, 46^{us}

« In procuratore ejusdem domus fit vicarius per ch. 1482. Unde conjici potest eundem esse
de quo supra. Per eandem chartam: « Ordinamus quod monachi habitantes in domibus
monialium habeant locum ad recognoscendum illis culpas suas diebus Capituli de defectibus
suis secundum morem Ordinis. Et quod non manducent cum secularibus, nec ipsi os admittant
ad mensam suam, in cellis suis. Item quod nulla monialis faciat venire aliquam filiam
sine consensu vicarii et Prioris sub pena per nos ordinanda. Et quod quando recipientur
aliquae, Prioris a de consilio Vicarii provideat — De magistra secundum Deum et Ordinem. »

Per ch. 1484: « Quoniam ex negligentia atque ignavia nonnullorum visitatorum gravia
scandala in domibus monialium nostri Ordinis committi sentimus et audimus in grandem
infamiam Ordinis et Damnam animarum ipsorum visitatorum, quorum interest de statuto
circa curam monialium diligentiam habere: idcirco sub virtute ^{st^o} obedientiae eidem
visitatoribus injungimus, quatenus singulis annis ter ad minus ad monasteria monia-
lium person aliter accedant: ibique absque personarum acceptione de moribus et vita et
observantia Ordinis monialium, monachorum, et aliarum personarum monasterii diligenter
inquirant, totoque nisu laborent, ut omnia bona quaecumque per Priorissam, de consilio Vicarii
regantur, et communiter pro ut cuique opus erit secundum juris voluntatem, et statutorum
Ordinis sanctionem, dividantur: yenus proprietatis toto posse tam in monachis quam in
monialibus et aliis personis Ordinis extirpando: proccavendo summopere ne cum monialibus
morari permittant monachos, qui alias de incontinentia vel de proprietate notabiliter
fuerint diffamati. Inhibendo Priorissis et Vicariis ne amodo absque Capituli gen. expressa
licentia aliquam monialem de novo recipiant quovis modo. Mandantes propterea visitato-
ribus et proccipientes ut diligenter se informant, quae et quot moniales et monachi ac conversi in
singulis domibus monialium possint sustentari de bonis monasterii, nam super hoc informatio-
nem, proximo Capitulo gen. venturo prostando, et tandem Capitulum gen. salubris more trans-
acto circa extirpationem viti proprietatis et simonice, ut tenetur, valeat providere circa receptio-
nem monialium, et provisionem tam ipsarum quam monachorum, et conversorum cum ipsis
degentium. — Item ordinamus quod moniales Ordinis nostri non visitent monachos nec

comeros nec viros alios degentes in domibus earum, sub obtentu et colore infirmitatis vel alterius cause: nec Priorissa super hoc possint dare licentiam; sed visitentur infirmi viri per viros et mulieres infirmas per mulieres, nisi pro sacramentis ministrandis. Nec monachi ^{omn-} intrant choro monialium nisi secundum statuta: Et Priorissa quae contra fecerit per unam hebdomadam pro qualibet vice facie velata, sicut alio, incedat: Et monialis quae visitaverit per unam hebdomadam comedat ad terram. Vicarius dans licentiam contra praedicta abstineat in pane et aqua per tres dies: et monachus visitans aliquam monialem contra praesentem ordinationem similiter per unam incurrat. Eadem ordinatio renovatur De verbo ad verbum per ch. 1506, ita et al.

1425 ad

D. Johannes Gaillardus, Vicarius, 47^m

« Absolutus a Prioratu Valonis per ch. 1425, Vicarius Ratimollis instituitur, et in catalogo reperitur ad annum 1428. — Per ch. anni 1428 « ordinatur quod Priorissa non habeat duplicem portioem. » » ita catal.

D. Johannes Porterus, Vicarius 48^o

« Hujus nulla habetur mentio in catalogo, quae tamen constat moniales Ratimollenses quandoque gubernasse, nam in ch. 1462 in qua demum datur mortuus, dicitur primo professor portus B. M^o, et cum d. S. raturci et alios vicarius Ratimollis, cujus regni in is tempus videtur circa annum 1436, vel paulo post necessario assignandum.

In ch. 1432: « Quia in receptione, professione et consecratione monialium, ordinis mortu^{14?} sit excessus in numero personarum et expensarum, in gravamen parentum earum, et in dissolutionem et detrimendum domorum earum, contra morem et honestatem Ordinis, ordinamus ut in receptione dictarum monialium numerus parentum earum, et aliorum, causa hujusmodi ad dictas domos accedentium non excedatur octavus, et in consecratione numerus duodecim non excedatur ultra familiam consecrantis, et in ceteris ministrandis modestia ordinis observetur.

In ch. 1434: « Monemus visitatores ut quantum diligunt salutem animarum monialium, quarum cura eis commissa est, et de quibus coram Deo rationem reddere habent, quantum diligentiam habeant ad extirpationem proprietatis secundum juris et statuti ordinationes.

Per ch. 1435: « Ordinamus quod monachis in domibus monialium commorantibus providetur per Priorissam et Vicarium de necessariis in omnibus, prout in domibus monachorum est fieri consuetum. Et monachi cum eisdem monialibus habitantes omnes elemosinas sine

Dona quae eis offeruntur infra diem, dent et tradant realiter Prioribus: Et in casu quo Prioribus
nostre Ordinationi presenti obedire contempnerent non providendo eis dem, monachis, ut supra ordin-
atur, eo casu Domus licentiam, ipsis monachis deserendi domos ipsarum monialium, ac scribendi
Visitatoribus quibus committitur, ut eis habeant providere. Item ordinando committimus
Prioribus Sctae castri et de ontis m embles ut hinc usque ad regnum capitulungen, vadant ad singulas
domos monialium, capensis ipsarum domorum monialium, et ibi de clausura earum iusta for-
mam juris et ordinis ordinent et exequantur: Et ulterius quicquid proprietatis in singulis repe-
rerint, auferant et ad commune totius Domus applicent, ordinando quod singulis omnium
per Prioribus de bonis communibus monasterii provideatur iusta qualitate domus. Nec
vicarii domus pecunias teneant vel admittant, sed Prioribus quae de statuto habet temporalium
administrationem, et in casu rebellionis omnium praedictorum aut singulorum, per censuram
Ecclesiasticam, compellant. Propterea inhibetur omnibus Prioribus et vicariis monialium, ne ante
Capitulungen, proximum, aliquam recipiant ad induendum, nec ad addiscendum.

Per ch. 1437 et ordinamus quod amodo non recipiantur in domibus monialium, juvenes puellae
in habitu seculari pro pecuniis nutriendae sub spe recipiendi eas ad habitum ordinis, nisi atti-
gerint annum undecimum aetatis, nec induantur ante duodecimum annum completum, ad
vitandum importunas vexationes, et nimiam secularium nobilium frequentiam, ac commidens
indignationem, ut saepius fuit expertum; nec etiam recipiantur juvenes puellae in praefatis
domibus pro literis addiscendis, certis causis rationabilibus animam nostram, moventibus. »

Hae omnes ordinationes cuncta monialium, nostrarum, monasteria spectant, sed anno 1432
Johannes Soffrey hujus Partheni Prætoris, specialiter Patet monent, ut infra
duos menses provideat monachis suis etiam de pitantia et vestimentis et aliis necessariis iuxta
ordinationem chartae visitationis dictae domus, et praedictis monachis inhibemus, ne teneant
proprium, prout iura et statuta nostra volunt, et precipimus in superne coramant cum, secula-
ribus sub poena privationis vini die sequenti, quam poenam sustineant quoties in hoc defecerint,
ita cetera.

1438 ad 1451. — D. Johannes Pavioti, Vicarius, 49^{us}

« Anno 1438 tempore capituligen, haec domus erat sine vicario, quoniam per ch. praefi-
tur Johannes Pavioti absolutus a Prioratu Boni loci. Repertus in catalogo ad annum
1440, et profuit usque ad annum 1451 vel ad an. 1452 quos vivente in officio decessit,
nam in ch. eiusdem anni dicitur obisse in vicariatu. » ita cetera.

1451 ad 1452. — D. Johannes Chapellani, vicarius, 50^{us}

« Non diu profuit, nam in eadem ch. 1452 recensetur tanquam in Vicariatu Fratimollensi. Defunctus. olim Prior Sylve benedictae Dicitur et primo professor Selliensis, ultimo Petae Castri. Propter brevem prolationem, non notus fuit auctori catalogi. » ita cat.

1452 ad 1453. — D. Alexander Cuigneti, Vicarius, 51^{us}

« Ordinis monialibus datur in Fratim per ch. 1452, tunc hospes in Domo Vallis ^{Stae} Marise. Professor erat Domus Sicionensis Deinde Belnoe. Priorem egit in Domibus Fontis B. M^{ae} Deinde Vallis ^{Stae} Marise, monialium Salletarum, Altonis et Vallis bonae, et ultimo monialium Fratimollensium. Nec cum novit. auctor catalogi, quod sederit tantum per unum annum, nam in ch. 1453, Vicarius fit m^{ia}. Obiit in solitudine anno 1476 Die ^{Stae} Lucae habuitque plenum monachatum, et dicitur quondam Vicarius Fratimollis. » ita cat.

1453 ad 1455. — D. Johannes Denisoti, Vicarius, 52^{us}

« A Prioratu Vallis cluse per ch. 1453 absolutus ad Fratimollensem Vicariatum, transfertur. Quibus annis moderatus est et regimen Vallis cluse per ch. anni 1455 restitutus plures alias Domos Deinde gubernavit. Nam in ch. 1482, ubi designatur mortuus dicitur profuisse Domibus Bassae ville, Belnoe et Vallis ^{Stae} Hugonis. Nec in catalogo recensetur ignotus illis auctori.

Per ch. 1454: « ordinamus quod in visitationibus Domorum monialium loco capitali de reprehensione 3^{ae} partis antiquorum, et capituli 1, 2^{ae} novorum, legatur capitulum 3^{ae} De monialibus 3^{ae} partis antiquorum, et capitulum 4 De monialibus 3^{ae} partis novorum. » ita cat.

1455 ad 1456. — D. Desiderius Gerardi, Vicarius, 53^{us}

« In Priore Vallis ^{Stae} Hugonis per ch. 1455, fit vicarius Fratimollensis. Et in catalogo cognominatur De Guimon-Villard. Anno vero sequenti (1456) remissus est ad regimen Vallis ^{Stae} Hugonis. De eo item infra. » ita cat.

1456 ad

D. Petrus Quinsonis, vicarius, 54^{us}

« Ignotus pariter auctori catalogi ex Priore Fortarum per ch. anni 1456 Vicarius nominatur. Sed videtur eodem anno absolutus, ut ex successore conjicitur. Obiit Prior Boni loci

alias Prior Hugonis ex ch. 1467, » ita catal.

ad 1461. — D. Desiderius Gerardi, Vicarius, 55^{us}

« Post suam restitutionem ad Prioratum Vallis S^{ti} Hugonis, alius paulo post reperitur eidem Domui Vallis S^{ti} Hugonis anno 1456 profuisse, et propterea in tabulis Domus Divionensis dicitur ex Vicariatu S^{ti} Prati molensis in Priorem electus anno 1461, 18 Decembris, Unde colligimus iterum moniales reversisse ab anno 1456 ad 1461. In tabulis dictae Domus Divionensis nomen cognominatur De Gramonsille, In illius Prioratu Decessit anno 1493, Obiit Prior Lusiniaci, Vallis S^{ti} Georgii et Portarum. » ita catal.

1461 ad 1464. — D. Johannes Jacobi, Vicarius, 56^{us}

« Reperitur in catalogo ad annum 1461 ubi h. 1464 transfertur ad Prioratum Durbonensium, quod obitus habetur in ch. 1474 in quo dicitur professor Villanove et olim Prior Vallis bonae et hylvae benedictae. » ita catal.

1464 ad 1466. — D. Johannes Nepotis, Vicarius, 57^{us}

« In Priore Lanceae Vicarius designatur per ch. 1464, et biennio post per ch. 1466, transfertur ad Prioratum Vallis S^{ti} Hugonis. De eo nihil in catalogo, sed in ejus libro ad annum 1465 ponitur Joannes Pavidus de quo supra, sed dum ante obierat. » ita catal.

1466 ad . . . D. Marmetus Trompat, Vicarius, 58^{us}

« Permutavit cum antecessore, nam per chartam anni 1466 ex Priore Vallis S^{ti} Hugonis factus est Vicarius. In catalogo ponitur ad annum 1467. Professor erat S^{ti} Pomerii, sed sub priore vitoe ad majorem cartusianam advocatus, ibidem obiit, altera professione emissa, ut constat ex ch. 1493. » ita catal.

D. Johannes Molini, Vicarius, 59^{us}

« Hic anno 1455 per ch. ex claustris Caturcensi extractus, factus est procurator Prati molis, cujus et vicarius extitisse debuit ante Johannem Jacobi, nam constat eum profuisse Domui Durbonensi ante annum 1464, quo transfertur ad regimen Caturcense et inde ad Glandariense ubi et obiit anno 1478 die 26 augusti, Et in ch. anni sequentis

Fénot. n = 4

97

dictus quondam Vicarius Fratimollis, De eo nihil in catalogo, » ita et.

D. Johannes Felici, Vicarius, 60^{us}

« Hec hujus meminit catalogus: qui tamen in ch. 1484, in qua dicitur mortuus die ultima aprilis, dicitur et alias Vicarius Fratimollis, professus vero de Catara, ad quez videtur referenda quee habentur in ch. 1488 v' d' dicitur Vicarius Fratimollis absolute illi demum remaneat et exerceat officium procuratoris, »

Anno 1467 / un estum incendium hoc Domus passa est de quo in charta ejusdem anni hoc habetur: « Inter omnes omnibus personis ordinis casus lamentabilem casualis incendii Domus monialium Fratimollis ordinis nostri, que una cum adjacentibus edificiis ad nihilum redacta est: ornamenta Ecclesie, libri, vestimenta sacerdotalia, elemosia, et alia, provisiones et alia bona consumpta sunt. Et quia dicta Domus non potest reparari sine adjutorio Ordinis, ideo exhortamur omnes Priores Ordinis in visceribus Jesu Christi ut velint predictis monialibus in tanta necessitate eorum, misericorditer subvenire, elemosynas eis largiendo et mittendo eas ad futurum capitulum. Insuper ipsos monemus ut ipsi casus velint exponere aliis Dominis tam Ecclesiasticis quam secularibus, de quibus spes habebunt recipere aliquas elemosynas pro restauratione dictae Domus, » De eadem re adhuc anno sequente sub Johannis successore actum mox v' d' debimus, » ita et al.

1468 ad

D. Antonius de Angulis, Vicarius, 61^{us}

« In hospite majoris Cantuarie Vicarius ad Fratimollensem Domum, hujus anni 1468, mittitur. Et iterum miserabilis status hujus Domus Prioribus Ordinis his verbis commendatur: « Casus lamentabilem Domus monialium Fratimollis anno proterito combustae ad mentem Priorum ordinis iterato reducimus: hunc autem eisdem quomodo a tempore illius casualis incendii ipsae moniales habitaverunt et adhuc habitant de presenti in uno cellario Domus in magna paupertate et miseria: ita ut dici potius debeant languere quam vivere, quia illud quod habuerunt ab Ordine fuit expositum in reparatione Domus: Pro his autem necessitatibus habendis oportuit vendere animalia, et aliter hoc recipere ad cedentiam, ita quod sunt in magna necessitate et nesciunt quid facere: maxime de parentibus suis et aliis vicinis de quibus aliqua spes erat, non fuit qui eis manus porrigeret: nec sperant nisi in misericordia Dei et Ordinis. Et quia laboratorum est ad

reparationem Domus, et ex his quae Patres Ordinis hac anno dederunt, est bona spes quod in brevi dicta Domus reparabitur adjuvantibus ad huc Patribus Ordinis in suis elemosynis. Pa-
 - propter omnes et singulos Priores omnium provinciarum Ordinis exhortamur in visceribus Domini
 - nostri Iesu Christi ut intuitu pietatis in tanta necessitate velint ad reparationem dictae Domus
 - manus adiutrices porrigere, et secundum gratiam sibi datam elemosynas mittere per visita-
 - tores provinciarum, quibus committimus curam et sollicitudinem dictas elemosynas recipiendi
 - et mittendi ad futurum Capitulum. Et nihilominus si sint aliqui Domini Ecclesiastici vel seculares,
 - de quibus sit aliqua spes aliquas elemosynas recipiendi, ipsorum casus lamentabiles, velint eis
 - pie exponere. »

Anno 1470 iterum, sic de eadem reparatione agitur: « Quamvis circa reparationem Domus
 - Tratomellis propossibile fuerit laboratum, nihilominus tamen multa adhuc restant facienda, quia
 - sicut Patres Ordinis per se ipsos possunt cognoscere ex elemosynis duorum annorum, non potest
 - bene reparari una Domus combusta, ex propter omnes Priores Ordinis exhortamur in visceribus
 - Iesu Christi, ut adhuc velint manus adiutrices porrigere ad complementum horum, quae in
 - dicta Domus restant facienda, ne ex defectu subsidii dicta Domus remaneat imperfecta. Et
 - Visitatores provinciarum sint solliciti recipere a singulis Domibus provinciarum suarum, elec-
 - mosynas pro complemento dictae reparationis. »

Mo altum profuit Antonius, nam anno 1476 quando haec Domus visitata est per
 - Priores Avinionis et Bonifacius erant unus, eo duo monachi et moniales professor viginti quatuor
 - novem novitiae vestitae et quatuor induendae, conversae tres, donati quinque. Haec in vic-
 - - tualibus bene provisae, habebat animalia vaccina tam magna quam parva 120, debebat
 - Domus ob causam, turris noviter extractae tria millia florenorum, et ultra, sed debebantur
 - ei mille floreni. In libro visitationis, » Ita catalog.

1480 ad 1494. — D. Michael De Furno, Vicarius, 62^{us}

« Professor Petrus Castri et postea Prior Allionis (1479 institutus), et deinde Vicarius Domus
 - Tratomellis in eodem catalogo invenitur ad annos 1480, et profuit usque ad annum 1494
 - quo fuit absolutus die 26 augusti in visitatione facta per Vitorem, Vicarium Sabataram,
 - et Johannem, Threntis monachum, Cartusiae, sed paulo post obiit die subiectae 20 septembris
 - ejusdem anni ex a. 1495.

Jov. th. 1480 « ad evitandum omnem simoniacae pravitatis labem, quae in receptione

monialium intervenire possit, ordinamus quod in recipiendo moniales ad ordinem nostrum
 servetur Capitulum 1^{um} De statu regularium in § sane lib. 6. dicens: «sane et hoc salutare sta-
 tutum, commendat valeat observari, districtius inhibemus ne in monasteriis Ordinum nos-
 trorum, aliquae de cetero recipiantur nisi quae potuerunt de ipsorum monaste-
 riorum bonis seu proventibus absque pecunia sustentari, si secus attentatum fuerit, irritum
 decernentes. Et quia extravagans Urbani Papae V quae incipit, ne in vinea Domini, prohibet ne
 ab interdictis religionem ante vel post receptionem pecunia aut fructus, sive casua vel
 alia quaecumque res exigantur directe vel indirecte ab aliqua persona, nec fractione qua-
 cumque interveniente facta, dantesque et recipientes si singulae personae sunt, excom-
 municationis, si vero capitula vel conventus fuerint, sententia suspensionis subiciendo,
 a quibus proterquam in mortis articulo absolvi nequeant sine Apostolicae sedis licentia special^{is},
 ordinamus quod dicta extravagans, quatenus ad modum in ordinatione Capituli gen. anni 1446
 de monachis ordinatum est, ita etiam in receptione monialium observetur. In hac autem
 charta anni 1446, sic namque fuerat: «Ordinamus quod bona novitiorum Domilium ordinis
 quovis modo legata serviant et distribuantur secundum intentionem ipsorum, quam nec
 Priores seu Visitatores valeant alterare, et nihilominus Priores praedicti in receptione novi-
 tiorum sint cauti propter extravaganciam Urbanam, «ne in vinea Domini etc.» taliter quod
 contra illam, non excedant aliquid ab ipsis quovis modo seu pacto per se interpositam
 personam exigendo, ne aliter, quod absit, excommunicationis sententia inmoderate pro
 beneficio absolutionis obtinendo oporteat ad summum Pontificem, habere recursum.»

Per ch. 1482: «hujusmodi vicariis, Prioribus, ac ceteris monialibus et sororibus
 Ordinis, ut secundum statuta nostra nullam ultra numerum recipiant, nec, ut aliqua
 recipiatur, consensum praebent. Quod si qua ultra numerum recepta fuerit, in choro et
 refectorio locum non habeat, donec locus aliquis pro ea vacaverit, et nulla insuper moni-
 alis aut soror sollicitet vel sollicitare procuret directe vel indirecte ut aliqua recipiatur
 ultra numerum, sub poena carcerationis vineae et fibantiae per unum mensem, toties quoties
 contrarium fecerit.

Anno 1494: «Vicariis non fit cura. Et de his quae pertinent sexdecim moniales, attento
 quod major pars commendat Vicarium, de his quae accedunt dictum Vicarium in
 descensu Capituli sumuntur informationes, et fiet vera justitia.» Postea ut diximus, Vica-
 rius absolutus est in actu visitationis. Ita et al.

D. Guido Malleti, Vicarius, 63^{us}

« Post absolutum Michaelen, de Turno profectus est Vicarius S. Guido monachus Cartusiae cum quo erant tres monachi et quodraginta tres moniales cum una conversa, quatuor Donati. Et est domus in debili statu. Ita in libro visitationum.

Anno sequenti videlicet 1495: « Inter annos Monialibus Molani, Fratimolis, de Tolotens et Salictamny, quod ardo intendit providere super statu ipsarum pro earum reformatione. » Sed tunc non proerat Guido qui, vicariatu abdicato, statim ad domum Cartusiae se receperat; unde per ch. 1497 ad Prioratum Lanuce erectus est. De eo iterum infra, » ita cetera.

D. Petrus de Luve, Vicarius, 64^{us}

« Proerat anno 1495, ex catalogo. Unde conjicimus eum statim absolutum fuisse, nam eodem anno alius institutus fuit ut mox videbimus. De Petro nihil in chartis Capituli gen. occurrit. » ita cetera.

1495 ad 1497. — D. Andreas Pernavert, Vicarius, 65^{us}.

« Anno 1495, tempore Cap. gen. moniales erant sine pastore, quam obrem per ch. ejusdem anni Vicarius nominatus est Andreas Pernavert professor Montis merulae, duobus annis profuit et per ch. anni 1497 abdicavit. » ita cetera.

1497 ad 1500. — D. Petrus De Bolle, Vicarius, 66^{us}

« Professor et Prior Rebas atomi fit Vicarius per ch. anni 1497, et in hoc officio mortuus est anno 1500. Die prima Decembris.

Eodem quoque profectus est anno haec de monialibus ordinatio facta est: « Cum alias per Cap. gen. fuerit ordinatum quod nulla monialis ordinis sollicitet vel sollicitare procuret directe vel indirecte per se interpositamve personam, ut aliqua monialis recipiatur, sub certa poena; et tamen non obstante ipsa ordinatione Capituli, et per consequens spreto Deo, cujus erga nos necesse agit ipsi non Capitulum, nonnullae moniales domorum Salictamny, de Tolotens et Molani contrarium fecerint in periculum ipsarum monialium: Ideo ut a talibus pestiferis arceantur, ordinamus ut quaecumque monialis per se vel per interpositam personam ab Ecclesiasticis seu secularibus personis cujuscumque gradus seu dignitatis vel consanguinitatis existant, quod aliqua monialis recipiatur, procuraverit vel sollicitaverit ipsa facto sententiam excommunicationis

incurrat, et in perpetuum velo nigro privetur, a qua sententia non possit absolvi nisi de licentia R^o Patris nostri Cantuariensis, &c. &c. &c.

1500 ad

D. Antonius de Fraxino, Vicarius, 67^{mo}

« Olim Prior Vallis bonae unde videtur ad hanc regendam assumptus circa annum 1500. Sub eius regimine anno videlicet 1504 Die 11 maii facta est visitatio per Antonium et Antoniam, Petrus castri et Montis merulae Priores, et tunc erant in domo tres monachi in clauo Vicarius, 36 moniales, una conversa, sex donati. Resignavit Antonius ad annum circiter 1506 et translatus est ad regimem Brerice. Obiit in domo aedificationis Bonae die 12 Julii an. 1522

Per h. 1504: « Quamvis pluries inhibitorium fuerit sub certis censuris et poenis Vicariis monialibus Prioribus et monialibus nostri ordinis, ne aliqua ultra numerum antiquum proficuum recipere-
retur, et ne per se aut per aliam interpositam personam directe vel indirecte illarum receptio-
nem ultra predictam numerum procurarent, et pariter ne in domibus predictis aliquae juvenes
puellae sub colore addiscendi literas aut alias introducerentur etiam sub spe futuroe recepti-
onis: nihilominus tamen in permaximum animarum periculum, gravamen domorum et
Capituli generalis contemptum, non modicum, Vicarii, Prioribus et moniales predictos diversis
modis et mediis procuraverunt a R^o Patre Cantuariensis licentias obtinere ultra numerum proe-
dictum recipiendi, et de facto eas receperunt: Et ut adhuc plures recipiantur, etiam ultra
quam domorum suarum suppetunt facultates, procurare non cessant. Quapropter ut tantis
periculis occurratur, ordinata de ipsis monialibus confirmamus et roboramus, et per proe-
sentes observari volumus et precipimus, et illa neminem ad moniales, sed etiam ad Vicarios et
Prioribus extendi volumus; quod si forte, quod absit, impotenter dicti Vicarii, Prioribus et moniales
contra ordinata facere tentaverint, ultra poenas in ipsis contentas, Vicarius Vicariatum,
Prioribus Prioratum ipso facto amittant. Moniales vero quae hoc procuraverint, velo nigro
careant in perpetuum, et inter alias locum ultimum teneant. Mandantes visitatoribus provin-
ciarum, ut ordinationem presentem cum aliis predictis inviolabiliter observari faciant: » ita ed.

ad 1507. - D. Franciscus Bellipanis, Vicarius, 68^{mo}

« Anno 1506 Die 20 maii fuit domus visitata erant tunc Vicarius Franciscus Bellipanis
a domo Avenio paulo ante assumptus. Sed anno sequenti hoc d. (1507) restitutus est

Anoniensis monachis, apud quos simplex monachus decessit olim, Prior Portarum, Allioni et Lancea, ex ch. 1513. — Per ch. 1506: « In Domibus monialium, quoties legatur charta visitationum, legatur pariter, et ab inde sub poenis in ea contentis inviolabiliter observetur ordinatio per nostrum Capitulum gen. anno Domini 1426 facta, cujus tenor sequitur in haec verba: Item ordinemus quod moniales Ordinis nostri non visitentur monachos etc. » ut supra sub Vicario 46^o » ita et al.

1507 ad 1508. — D. Guido Malleti, Vicarius, 69^{us}

« Idem qui supra iterum praeficitur per ch. 1507 a Prioratu Vallis Bonae propterea absolutus, in catalogo praenitur ad annum 1508 Guido de Vasselles, sed videtur esse idem qui per ch. ejusdem anni 1508, ad man. instantiam depositus fuit, et ad petitionem conventus Forensis eidem Priori instituitur. Obiit simplex monachus ex ch. 1518. » ita et al.

D. Antonius Murgati, Vicarius, 70^{us}

« In Priore Montis murellae per ch. 1508 ad Vicariatum transferatur ad instantiam et requestam monialium, ut legitur charta. Sub eo facta est visitatio anno 1509, die 26 aprilis et erant 32 moniales, una conversa, septem donati et quindecim famuli. In eodem libro visitationum reperitur ad an. 1511, 1514, 1517 et in officio denatus est anno 1519 ipse die 1^o annis B^{te} olim, Prior Montis murellae et majoris vi.

Anno 1512, per ch. « Inhibetur ne de cetero aliqua monialis recipiatur in Domino Pratomoli, donec redigatur ad numerum, tercesimum, nec ulla interpellat Capitulum gen^{le} vel R^{om} Patrum Cantuariensis sub poena privationis veli. » Hoc ita prohibita sint quod in ultima visitatione repertae sunt triginta sex moniales et quatuor puellae quae expectabant habitum, et dicitur in charta visitationis, Erat etiam tunc una novitia, una conversa, duae ancillae, sex donati, 16 famuli. Eadem inhibitiō repetitur annis 1515 et 1516, sed declaratur quod haec confirmatio ordinationis facta est ad requisitionem Prioris et conventus, cum hac etiam clausula, quod si secus factum fuerit, receptis nulla et irrita declaratur. » ita et al.

1519 ad 1520. — D. Nicolaus Tome, Vicarius, 71^{us}

« Ponitur in catalogo ad annum 1519, et sub eo facta est visitatio anno 1520 die 28 aprilis. Obiit eodem anno die 22 augusti ex ch. 1522, in qua dicitur professor Vallis M^{ae} » ita et al.

1520 ad 1538. — D. Humbertus de la Rue, Vicarius 72^{us}

« Signatur in catalogo ad annum 1520 et nomen ejus reperitur in libro visitationum singulis bienniis et etiam scribitur usque ad annum 1538, quo per ibi. ad tuam magnam et importunam instantiam abs obitur, et deonti Rivi precipitur. Denique obiit Rector Curruvia ex ch. 1554. olim Prior Vernoe et Vicarius Salutarum.

Anno 1533: « Rursum precipimus tum Prioribus tum conventualibus Domus Fratimollis ne ultra numerum a capitulo gen^l et a visitatoribus precipiam, aliquam ad statum, in omni-
- alium vel ad literas discendas, ne ullo modo recipiant, si possent, inobedientiae evadere velint^{is}.

Anno 1527 « S. Johannes Finandi v^o ad et hospitatum e domo Vallis^{is} Hugonis ad domum Fratimollis proest habit, aliquo exerceat officium subvicariatus ad ordinis voluntatem. »
Nactenus nihil occurrerat simile in chartis de hujusmodi officio, » ita catal.

1538 ad 1543. — D. Vincentius de Faouges (Fagis) Vicarius, 73^{us}

« Professor domus Avinionensis ex procuratore S. Lucis in Paredis Vicarius designatur per ch. 1538, de quo in catalogo et in libro visitationum, ad annos 1539, 1541 et 1542. Deinde translatus ad Melanenses moniales, quas et postea relinquens officium procuratoris in domo sine professionis ad obitum usque, qui fuit die 18 Julii ex ch. 1556. »
ita catal.

1543 ad 1544. — D. Johannes Muleti, Vicarius, 74^{us}

« Proerat juxta catalogum anno 1543, et librum visitationum, visitavitque domos Vallis^{is} Hugonis et Allionis. Anno sequenti (1544) translatus est ad regnum^{is} S. Lucis in Paredis, Denique obiit in officio Prioris Vallis^{is} de arice die 18 sept. anni 1561. professor erat majoris Cantuarie et olim Prioratus Calesiensis, venerat. » ita catal.

1544 ad 1572. — D. Jacobus Bartholemy, Vicarius, 75^{us}

« Reperitur in catalogo ad annum 1545 et profuit usque ad obitum, qui notatur in ch. 1572. Professor erat domus Portus B. M^{oe}, olim Prior S. I^{ose}phus in Paredis. Voluerat anno 1549 dimittere Vicariatum, sed per ch. rogatur habere patentiam pro bono obedientie per ch. 1547. »
« Insequendo formam juris, statutorum et ordinationum Capitali generalis Districte prohibemus Vicariis, Prioribus, monialibus et personis ordinis nostri sub poena absolute-
-onis ab officio et perpetuae inhabilitatis ad illa, et quavis alias ordinis obedientias, et provisiones

vel nigri aut alia arbitranda, ne de cetero in suis domibus recipiant aut recipi procurant vel consentiant moniales sive puellas ad habitum, seu ad discendas horas sub spe receptionis ultra statutum numerum, quam facultates domorum, absque penuria sustentare possint, nec pro hujusmodi receptione supernumeraria prohibita, Capitulo generali seu R^oo Patri Cartusie per se sive per interpositas personas scribere, rogare vel molestare presumant sub dictis poenis, Declarantes per summum Pontificem, modernum R^oo Patri nostro Cartusie esse, an prohibita, sub poena excommunicationis latae sententiae, ne praedictae receptioni consentire habeat. >>

Per l. 1552: << Experiencia docente didicimus in hoc miserando tempore domus monachorum nostri ordinis ubique gravari et monialium dictam in temporalibus deficere, nam expensae, gravamina et exactiones quotidie crescunt, nec diu spiritualia sine temporalibus subsistere poterunt nisi aequa lance moderentur. Quare Divino honori, ordinis decori et amicorum saluti providere cupientes committimus Visitatoribus provinciarum in quibus domus nostri ordinis monialium sunt, quatenus hinc ad futurum, capit. gen. domos monialium, visitent, facultates et redditus describant seorsum, et similiter expensas, onera, reparationes et exactiones seorsum, Deinde oneribus, expensis, exactionibus et reparationibus superpositis, considerent, quot monachi, moniales, conversae, Donatissae in eisdem domibus in futurum poterunt absque penuria sustentari, et futurum, capitulum gen. informent, ut talis numerus statuetur et reguletur, ne Religio confundatur; eo pendente et donec aliter per ipsum capit. gen. fuerit provisum, et ordinationem capit. gen. anni 1547 observari volumus et mandamus quae talis est: Insequend^o formam juris etc... ut supra. Deinde sequitur: << Lecturamus tamen quod puellae quibus per capit. gen. concessus est locus in monasteriis, veluti puellis de la Vermeil^{re} et domini de Lybe in domo balnearum, recipiantur quamprimum locus vacaverit, etiam non expectata regulati^{one} sive moderatione scienda, Proterea ordinamus ad formam juris et decretorum summorum Pontificum, ne viri qui de ordine nostro ^{nostrum} sunt, claustrum monialium ingrediantur, nec ingredi permittantur: Et ne Vicarius et Prioris ad id dent licentiam, exceptis medico, chirurgo, et operariis necessariis ad discretionem Vicarii et Prioris, Et si quae moniales contra fecerint aut receperint, puniantur carceribus et p^{er}ibantia per quindecim dies, et Capit. gen. ^{le} futurum informetur. >>

Per l. 1554: << Quia in provinciis Gebennensi, Provinciae et Burgundiae relatione et scripto visitatorum constat et dicitur apparere facultates domorum monialium non posse sustentare numerum monialium quae in eis sunt absque multa penuria et

propter temporis infelicitatem, Decimas, exactiones et gravamina tendere ad extremam paupertatem: Ideo ad formam Juris, Decretorum, summorum Pontificum, et propter censuras late sententiae in eos prolatas qui contrarium fecerint, prohibemus aliquas in eisdem domibus recipi, puellas ad discendas horas sine ad habitum ordinis, donec regulatas et ordinatas fuerit numerus monialium, quem facultates domorum, absque penuria, aliis supportatis oneribus sustentare poterunt: Committentes Prioribus domorum, De Castro et Avinionis quatenus ad ipsas domos se transferant, et diligenter facultates uniuscujusque domus et numerum monialium, qui absque penuria ex eis sustentari potest considerent et statuant, et de his futurum capitulum, et interim R^{dm} Patrem Cartusiae informent. Nolumus tamen repellere a receptione et professione puellas quibus per capitulum, concessus est locus ad formam concessionis et intentionis Ordinis, si portaverint unde vivant et non aliter, »

Per h. anni 1555: Et Vis a et diligenter considerata relatione Priorum domorum De Castro et Avinionis Commissariorum, Deputatorum, per Capitulum, celebratum anno 1554 super informatione proventuum et reddituum domorum monialium existentium in provinciis Gebennensi, Piviniave et Burgundiae, attento quoque relatione dictorum commissariorum proventus domorum monialium etiam videndo e modo quo vivunt, nec ad alia onera occurrentia supportanda; ^{Capitulum gen.} Prohibemus ^{rationabilibus de causis prohibet. m. sec. di.} ne de cetero aliqua puella recipiatur ad habitum in aliqua domo monialium predictarum provinciarum, nisi afferant unde vivant, pro cuius victu, vestitu et aliis necessariis dabunt ^{supra numerum quem capitulum gen. domos monialium dictarum provinciarum regulat, redigit et definit} praesentia requiritur: Primo in domo monialium Salutarum etc. ut post sub eas litteras ^{rentas semel antiquam illa recipiatur pecuniam, s. sufficientem, pro exemptione annuae pensionis} quindecim aureorum solis: Prohibentes Vicariis et Prioribus monialium, ne quid aliud exigant praeter ^{capitulum gen.} cuiuscuque facti vel consuetudinis ratione ingressus Religionis. Insuper capitulum ^{gen.} ex causis rationalibus statuit et ordinat quod, in domo monialium Salutarum erunt tantum triginta moniales, in domo De Polterens viginti, in domibus de clavi, Nollis et Bernardi viginti quatuor. Quod si forte in aliqua predictarum domorum desint aliquae ^{moniales} ad numerum praesentatum, poterunt recipi usque ad praesentum numerum, modo tamen, et formis in praesenti ordinatione contentis. Conceditur tamen locus filialis ^{Capitulum gen. locus concessus fuerat, s. certus per} generosorum Dominorum De Insula et De Monteferrando in domo Salutarum, etiam si locus non vacet, et numerus monialium ibidem existentium pro nunc excedat numerum praesentatum, si tamen iuxta formam praesentis ordinationis dicti domini pecuniam pro exemptione pensionis annuae quindecim aureorum solis pro victu et vestitu, et aliis necessariis filialis praedictis dent. Proecipientes Vicariis et Prioribus monialium dictarum provinciarum ut hanc

ordinationem ad plenum observent et observari faciant sub poenâ absolutionis ab officiis
 suis, et alia graviori per Capitulum, gente arbitranda. »

Anno sequenti haec ordinatio revocata, in epistolis reformata, rescatis & rebis sub quibus lines
 (rubras) duimus, aliis vero additis quae super illa inseruimus, veteris vero remanentibus, et
 quasi novam ordinationem, parentibus: his vero huiusmodi verba rescata sunt, satis ex eorum
 tenore, qui factum reddobat, apparet, unde rectam Patrum conscientiam, admirari ac laudare
 satis non possumus.

Per h. 1560, hoc clara certe pro monialium reformatione em anxit ordinatio ut sequitur:

« Diffinitores Capituli gentis sub signati ex diversis mundi partibus in unum, congregati in uno
 spiritu, divino honore, ordinis decori et animarum salutati incumbentes, et experientia docente atten-
 dentes quot et quanta scandala contigerunt et nunc contingunt in Diversis Religionibus vicinis
 per ingressum virorum, et mulierum, in claustrum monialium, ita ut nonnullae moniales derelictis
 monasteriis ad Zebennas et Lutheranos fugerint, et viros se conjunxerint: ob id ex huiusmodi ingressu
 secularium et familiaritate profuerint et multa mala alia acciderint, quibus in Ordine nostro
 Cantuensi obviare cupientes, formam juris, Decretorum, summorum, Pontificum, Statutorum, et
 ordinationum Capituli gen. insequentel: Imprimis ordinamus, prohibemus et inhibemus ne Pauci
 aut Regulares seu etiam clerici seculares cuiuscumque gradus aut dignitatis sint, ingrediatur
 claustra monialium, nostri Ordinis sine licentiâ R^{di} Petri Cantuioe, Etiam nec viri nec mulieres
 cum ipsis monialibus loqui possint nisi per creatam perream cancellatam, velata facie in presen-
 tia Priorissae aut subpriorissae aut alterius eorum, Et ut haec observari possint, Ordi-
 namus deputari (videtur addendum per) vicarios et Priorissae Domorum Ordinis nostri unam monialem
 ad custodiam portae claustrum: quae ipsam portam continere clausam teneat, aperiendo introitibus
 et egredientibus per licentiam, et non aliter: quae etiam prius notificabit Priorissae eos qui pulsant,
 et quid volunt, et inde aperiet, si ita sibi imperatum fuerit. Et fiant duae claves differentes
 quarum unam custodiat Priorissa, alteram subpriorissa, quae singulis diebus vespere pulsat
 completorio post ab unum Priorissae custodiendae in crastinum, de mane pulsat Prima reci-
 piendae. Et quando necessario monialis ad custodiam portae claustrum deputata habebit aliquid
 agere, alia fidelis subrogetur, taliter quod porta nunquam sit sine custodia, cui portaria
 prohibemus ne quempiam virum, seu mulierem, permittat ingredi claustrum, sine expressa
 licentiâ Vicarii et Priorissae, neque moniales exire. Etiam prohibemus monialibus ne prosu-
 mant exire claustrum, et dictam portam, aut viros seu mulieres permittant intrare vel recipere

absque licentia Vicarii et Prioris: aut. Diocesan, postquam cum aliis claustris operire, vel similes claves habere clandestinas sub poena convictor et confessator in contumacitate. Eadem etiam prohibemus Religiosis sive monachis ne intrent claustrum, sub eadem poena nisi in casibus permissis ad formam Statuti pro administratione Sacramentorum. »

Per ch. 1567: « In domibus monialium mandatum et prohibitionem Summi Pontificis ne seculares utriusque sexus easdem domos monialium ingrediantur, Vicario, Prioris et monialibus ipsam prohibitionem, visitatores intiment, notificent, et prohibeant ne ipsi et seculares suscipiant vel ingredi permittant sub poenis in literis Summi Pontificis contentis, quas quidem literas prohibitorias Summi Pontificis et alteras super clausuram monialium, ibidem pretrari faciant, et in manibus Prioris sive sicut custodiantur: et de premissis per eos exequendis et responsis et de parata voluntate obediendi ita scribant, ut eorum scripta et executio Summo Pontifici monstrari possit. »

Per ch. 1569: « Prohibemus vicariis, Prioris et monialibus domorum provinciarum, Gubernensis et Burgundiae, ne a modo recipiant aliquam in monialem, nisi servata forma concilii Tridentini, et sine speciali licentia Capituli gen, aut R^{di} Patris Cartusiae; nec introducant puellas ad docendum sub spe future receptionis aut alias sub poena absolutiois quoad officiales, et disciplinae generalis quo ad ceteras personas Ordinis, declarantes receptiones antea factas non servatis suprascriptis irritas esse et inanes. Et nisi moniales absentes a suis domibus ante Pentecostem se recuperent in dictis domibus suae professionis, pro fugitivis habeantur et inhabiles ad officia declarantur: Prioris Diocesan, domorum, praecipientes ut statim recepta charta praesentem ordinationem, eidem significant. » Ita et al.

ad 1572. — D. Humbertus Tournier, Vicarius, 76^{us}

« Invenit iuxta catalogum anno 1572, quo per ch. Vicario Statimolis ad suam magnam instantiam, fit m^{ia}, quem rogamus in Domino, ut uno anno maneat in eadem domo pro instructione novi Vicarii. Fuit Humbertus Prior Partis Dei, Repusatorius nostrae professionis, Pomerii, Valonis et Vicarius de elani. Obiit ex ch. anni 1588. » Ita et al.

1572 ad 1573. — D. Johannes Coetdellet, Vicarius, 77^{us}

« A Prioratu S^t. Rothomagensis ab obitu per ch. 1572 constituitur Vicarius et in hoc officio perseveravit ad annum sequentem, quo exente, translatus est ad Prioratum,

Montis merulæ, in quo et in visitatoris munere decessit ex ch. 1576. » ita et al.

1574 ad 1579. — D. Mathurinus Guillon, Vicarius, 78^{us}

¶ Professor domus Vallis dei, in vicario Belneasi vicarius nominatus Patimollensis
 per ch. 1574. Uquinquennio post per ch. 1579, factus est Prior S. Erecensis. Obiit
 hospes in domo Sancti B. Marice ex ch. 1587, olim Prior S. Approniani et Rector Belne.

Anno 1578 per ch. Monialibus ordinis precepit declaratio: « Licet jam multis
 et ordinationibus et litteris et sermonibus plurimorum, atque etiam, fuissemus ad Deum,
 precibus omnia propemodum prestiturimus quae nobis ad salutem, reformationem, que
 nostram, monialium, pertinere viderentur, quia tamen pro Divino honore et animarum salute
 nihil unquam nobis satis prestatisse aut prestatere posse existimamus, opere pretium facturi vi-
 demus, si adhuc semel nostram omnem qualemcumque operam ad earum salutem procuran-
 dam impendamus. Immo, igitur omnium intelligere debent quaecumque ejusmodi sunt, que
 sacro concilio hiis intimo, constitutionibus Summorum Pontificum, et constitutionibus et ordina-
 tionibus nostri Capituli gen. et R^{di} Patris obstinate parere recusant, se esse in perpetuo peccato
 mortali in statu sempiternae damnationis, multis illagatas excommunicationibus, precibus,
 a corpore Christi mystico, sine Deo, sine divina gratia, sine Ecclesie communionem, sine sa-
 cramentis, nec sine novo semper peccato mortali, et sacrilegii scelerem posse confiteri, commu-
 nicare, simul in thorum venire, Divino interesse officio, missas audire, officia ordinis
 exercere, et demum, post mortem, in cimiterio sepeliri. Quae cum ita sint obsecramus eas
 universas et singulas per sanguinem Domini nostri Jesu Christi, et per horrendum et irremediabile
 judicium ejus, ut se obedientiae Dei et sacri concilii et Summi Pontificis et ordinis integre
 et sincere subjiciant. Quod si parere recusant, prius annus eas omni regimine et communio-
 ne ordinis nostri, et Vicarios ceterasque personas ordinis ad manum quamque domum profes-
 sionis redire aut ad R^{um} Latorem Cartusie accedere precipimus, et se amplius in earum
 aut loca aut res, aut negotia infusa prohibemus. »

Verum cum non omnes essent rebelles, et multae hac ordinatione salubriter territae ad
 cor redissent, haec ordinatione anno sequenti confirmata quidem fuit, sed paulo post cancellata. »
 Ita et al.

1579 ad 1582. — D. Fiaccius Billard, Vicarius, 79^{us}

¶ Professor S. Parisiensis per ch. 1579 Mathurino subrogatus, et triennio post per ch. 1582

Plant no 5.

121

transfertur ad regimen Allionis factus etiam, conuicator provincie Gebennensis, Obiit Denique Prior Lyeti ubi plura de eo.

Anno 1580 per ch. « Juxta alias ordinata declaramus moniales quae nolunt obedire consilio eidem inno, bullis summorum Pontificum, et statutis nostris ac ordinationibus Capituli, per nos bona conscientia nec communicare nec absolvi posse; Ideo inhibemus Vicariis et aliis monachis ne illas absoluant nec ad communionem recipiant. » ita catal.

1582 ad D. Johannes Mellier, Vicarius, 80^{us}

« In Priore ~~Stae~~ Crucis ad Vicariatum transfertur Ratimollensium per ch. 1582, sed vel non accessit, vel paulo post recessit, nam eodem anno alius proceerat et mox videlicet, et ipse per ch. anni sequentis ex simplici monacho factus est Vicarius Domus ~~Stae~~ Crucis quam per aut-
toris istis prospere gubernavit. De eo nihil in catalogo, » ita catal.

D. Berthonus Alverius, Vicarius, 81^{us}

« Cognominatus Alayes in catalogo ubi reperitur ad annum 1582, sed vix uno anno in Vicariatu lapsus factus est Prior Arverice qui proceerat annis 1583 et 1584, quos item proficitur his monialibus, nisi error sit in catalogo, ubi positum, fors an fuit 1582 pro 1584. » ita catal.

ad 1584. — D. Johannes Machou, Vicarius, 82^{us}

« Professor Cartusiae moniales Ratimollenses direxit usque ad annum 1584, quo ad suam magnam instantiam, absolutus est et quia necessarius est domui Cartusiae, Deinde proficitur Solensibus monialibus, tandemque recessit in officio procuratoris Cartusiae ex ch. 1594. obiit Prior Allionis, Pomerii, ~~Stae~~ Margonis, Boni loci et Vicarius monialium Melani, De eo nihil in catalogo, » ita catal.

1584 ad 15 D. Berthonus Alverius, Vicarius, 83^{us}

« In Priore Arverice per ch. 1584, factus est Vicarius et per sex circiter annos proficitur. Rever-
sus denique ad majorem Cartusiam ibidem obiit die 19 sept. an. 1593, olim Rector curiae
Aliquando reperitur vocatus Johannes.

Anno 1585 per ch. « Prohibetur Vicario et Priori et ac monialibus hujus Domus, ne de cetero sollicitent R^oum Patrem pro recipiendis monialibus nec puellis ad discendum horat, cui etiam

R^{do} Patri prohibetur, ne cui det talem licentiam, » In eadem charta haec praedicta ordinatio pro cunctis monialibus legitur: « Ordinationes jam scriptas factas et emanatas a capitulo gen^{li} de correctione et reformatione monialium ordinis nostri juxta sacros canones et decreta sacri concilii bidentini tam in observatione clausurae quam in proprietate vitanda, communique simplicitate amplectenda confirmamus, Insuper ordinationem factam anno Domini 1558 in capitulo gen. renovamus, quae sic habet: « Insuper a dilectis in hoc miserando tempore etc... ut sub Jacobo Barthelemy Vicario 75.

Anno 1586 per h: « Visitatores obsecramus ut super unum R^{do} Patri scribant quid sentiant de modo reformandi moniales nostri ordinis, et earum Dimissione, si sese reformationi involuerint subicere. — Per ch. 1589: « Ut quieti et utilitati nostrorum monialium, consulamus, prohibemus omnibus personis nostri ordinis ne ad illarum monasteria adeant, nec mos famulos mittant, nec ab illis munera vel litteras accipiant vel dent; si quid tamen Piores vel conventus dare elemosinae nomine ipsis monialibus voluerint, mittant illud non singularibus personis sed toti Domui et conventui earum; Visitatores tamen poterunt ad domos illarum proficisci secundum formam statuti. Quam ordinationem extendimus ad omnes moniales exterarum Religionum, » ita cetera.

D. Andreas Carcatrison, vicarius, § 4^o

« Professus matris Cartusiae et alias ibidem, Conventus et postea Prior Rehausatorii, unde ad hanc monialium Cartusianam videtur translatus circa annum, 1590, quo reperitur proficisse juxta catalogum. Et vicarius annis sex gubernavit: Deinde circa annum, 1596 Sacerdos moniales dirigens suscepit et inde monachos Americenses et Albienses, tandemque solitarius Decessit notatus in charta 1628.

Per ch. 1590: « Inhaerentes Capitulum, procedentium, chartis et Statutis, decretis quae renovamus in quantum sequentibus consentiant, omnes et singulas moniales professo monemus, obsecramus et hortamur in Domino, ut pro dei et Domini nostri Jesu Christi earum opioni amore et reverentia suscipiant reformationem clausurae et vitae communis ad formam sacri concilii bidentini, bullarumque summorum Pontificum, super quibus certum est Capitulum gen. et minus Priorem Cartusiae nullomodo posse dispensare, cum unum sit de essentia Religionis, et alterum de decore decentia sub precepto. Itaque illas videmus nimis urgere, tres illis terminos assignamus singulos singulis mensibus a se junctos, quibus ordinamus illas moneri et induci tam probabiliter quam necessariis

causis ad salutem recipiendum, utrumque. Quod si non prosterint dictis tribus terminis elapsis
 ex tunc pro ut ex nunc, illarum cura tam in temporalibus quam in spiritualibus nos nostrumque
 Ordinem liberamus, et eas gubernationi Reverendissimorum Episcoporum, ordinariorum, relinquimus,
 vi sacri concilii Tridentini, brevisque peculiaris a Summo Pontifice in hunc effectum emanati,
 ne peccatis alienis communicemus, qui propriis plus satis oneramus, et ut nihil intentatum
 relinquamus, quo commodius illarum saluti consulamus, volumus ut a Priore Cartusiae tempore
 opportuno Commissarii deputandi ante executionem praesentis ordinationis accedant illustres
 et nobiles Domini monialium, parentes et affines quos conveniendos judicaverint, quibus decla-
 rentur intentio, ordinis, qui eo usque se dimisit et progressus est, ut non dubitaverit
 in seipsum onerare ad suppediandum illis quaecumque necessaria ad effectum superiorum
 iudicio bonorum virorum, Determinanda. Quorum nobilium, idem ordo implorat sicut et quorum-
 cumque magistratum quantum necessarium fuit, consilium, favorem, et ~~auxilium~~ pro Dei
 honore et status Ecclesiasticae et monastici conservatione, Per hoc tamen decretum non intendimus
 nos nostrumque Ordinem privare iure quod in dictis monialium, monasteriis habemus
 ex praesentatione, intentione et voluntate vel alio quocumque titulo sicut nec in Toletensi
 monasterio nos privare donatione et consensu Principis dicti monasterii fundatoris, qui
 voluit dictum monasterium fieri seminarium Religiosorum Ordinis nostri, translatione inde
 sub congrua pensione ad alia monasteria ejusdem Domus professus monialibus; quibus praeci-
 -piamus in virtute sanctae obedientiae ut infra duos menses significant Priori Cartusiae grava-
 -mina et falsa Principis proposita, quorum proterita attestant praedictum Principem huic
 translationi et donationi consentisse.»,

Per l. 1593; « Capitulum generale pro subventionem monialium pauperum nostri Ordinis quo
 facilius ad reformationem et susceptionem clausurae perpetuae et vitae communis promoverentur,
 committit visitationes provinciarum, ut profacultate singularum domorum inducant Priores
 ad conferendum aliquid elemosynae juxta taxam, et distributionem ^{infra scriptam usque ad} ~~jam scriptam et tentatam~~
 decennium, si tamen dictae moniales reformationem jam coeptam, et tentatam non receperint,
 nullomodo intendit idem capitulum eas punire sed singulis domibus reddi quod pie in eas
 contulerint. Praedicta autem elemosyna solvetur juxta distributionem ab eodem capitulo
 gen. ordinis, et confirmatam, ut videlicet provincia Lombardiae remotioris sola at 380
 scuta auri, Provinciae Lusitanae, centum; Lombardiae propinquioris 250, Castellae 200, Catha-
 -loniae 150, Provinciae 50, Burgundiae 70, Si quae summa a singulis domibus per

Visitatores collecta mittentur singulis annis ad R^oum Patrem Cartusiae, cui Capitulum generale commisit curam reformationis dictarum monialium, eis que providendi pro sua prudentia et pietate.

Anno vero sequenti scilicet 1594: « confirmamus ordinationes factas pro sustentatione monialium, quae incipit in Capitulum gen. etc. Et singuli Visitatores mittant taxas suas pro vicariis ad Domum majoris Cartusiae in manibus R^oi Patris intra festum omnium Sanctorum proxime futurum. »

Per l. 1595: « sicut propter ordinis nostri majorem austeritatem et perfectionem prudenter sancitum est ne in domibus monachorum novitici ad habitum ejusdem ordinis recipientes nisi i vicesimum annum attigerint, aut saltem octavum decimum, cum aliis qualitatibus defectum aetatis suppleantibus, sic declaramus intentionem Ordinis semper fuisse ut in domibus etiam monialium nulla noviticia ad habitum admittatur nisi saltem attigerint sextum decimum annum, ut sic finito anno probationis possit professionem facere quam ex Sacri Concilii Tridentini Decreto nulla monialis potest facere ante 16^{um} annum aetatis completum. Aliter igitur recepta et ante 15 annos expletum induta habeatur tanquam non recepta, sed contra voluntatem et intentionem ordinis intrusa, nec super hoc possit etiam R^oum Pater Cartusiae dispensare. Et quia juxta Statuta nostra conformiter ad constitutionem Bonifacii 8 Papae per sacrum concilium Tridentinum innovatam, et Bullis Pii V et Gregorii XIII summorum Pontificum confirmatam nulla monialis in domibus non mendicantium recipi debet ultra quam suppleant facultates illius domus in qua recipitur, pro illius et ceterarum sustentatione sine penuria. Et si aliqua aliter fuerit recepta, talis receptio nulla et penitus invalida per eandem constitutionem Bonifacii declaratur, et per Statuta nostra cassatur et irritatur, atque Vicarii et Priori qui tali receptioni consensum, auxilium vel favorem proboverint, a suis obedientiis absolventur. Ideo inherentes dictae constitutioni et statutis nostris districte prohibemus ne in dictis domibus ulla recipiatur donec quae jam receptae sunt ad eum numerum redigantur, qui possit integre sustentari et vestiri ex annuis redditibus monasterii, quem numerum jubemus Visitatoribus eorum singulis domibus, considerata diligentem eorum facultate proscribere quam primam poterunt, et saltem ante Capitulum sequens R^oum Patrem Cartusiae significare et mittere. »

Ita est.

ad 1594. — D. Petrus Durand, Vicarius, 85^{us}

« Professus majoris Cartusiae et olim Prior Tollionis, Vicarius fuit institutus circa an. 1596,

et per ch. 1599 transferatur ad Prioratum Arverice. Denique cessavit anno 1610 dum preerat domui Montis Rivi.

Per ch. 1597: « ordinationem de monialibus ante 15 annum impletur, ad habitum non recipiendis nec ultra numerum, quem domus ex suis redditibus potest sustentare factam annis 1595 et 1596 confirmamus. » ita catal.

1599 ad 1604. — D. Petrus Rosset, Vicarius, 86^{us}

« Professor Villenove cuius clausus in Vicarium Fratimolis per ch. 1599 assumitur, et quinquennio post per ch. 1604 ad domum, in qua professionis remittitur ubi et obiit ex ch. 1629. » ita catal.

1604 ad 1629. — D. Egidius Coquet, Vicarius, 87^{us}

« Professor Montis Dei qui propter civilia bella quasi in exilium missus procuratorem egit in domo monialium Melani, ex qua per ch. 1604 factus est Vicarius Fratimolis. A monialibus dilectus eis reformationem persuasit. Iocpe voluit redire ad Montem Dei, sed a R^o Patre Bonaone d'Appingues prohibitus in Vicariatu perseveravit usque ad obitum, qui signatur in ch. anni 1630. cum pleno monachatu per tot. ord. sub 8 octobris. Quinquaginta annos et ultra laudabiliter vixit in ordine. » ita catal.

1629 ad 1648. — D. Dionysius Le Blond, Vicarius — 88^{us}

« Professor Cartusiae ex Priore Surtis Dei ad hanc domum moderandam, anno 1629 post mortem Coqueti a R^o Patre transfertur, confirmatus per ch. 1630. Et post decem et octo annos et ultra per ch. 1648 « propter senectutem et maximas morbo infirmitates absolvitur et mox successori commendatur tanquam de domo valde benemeritus. » Paulo post obiit nam signatur in ch. anni 1649.

Anno 1630 per ch. : « Declaramus Vicarios domorum monialium semper debuisse ac debere locum tenere inter Priores iuxta annos Translationis tam Prioratus si quando gesserint quam Vicariatus. » Cum per ch. anni 1637 sanctum fuisset ut nullus ad conversi statum recipere, nisi prius permissus et per quinquennium in statu donatus; per ch. anni 1638 declaratur quod huiusmodi ordinatio non comprehenderet conversos monialium, » ita catal.

cl. 1597. (In^o Neapoli). Et O. Petrus Durandus professor Cartusiae est ad Tomum Padulae, ibique
